



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Divi Bambergenses S. Henricvs Imperator S. Kvnegvndis
Imperatrix S. Otho Episcopvs**

Gretser, Jacob

Ingolstadii, 1611

Super Emvnitate.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41527

mus. Data III. Idus Iulij anno dominica incarnationis millesimo secundo, Indicet. XV. Anno vero Domini Heinrici Regis primo. Actum Babenburch.



S V P E R E M V N I T A T E.

I N N O M I N E S A N C T A E
E indiuidua Trinitatis.

H E I N R I C V S D I V I N A F A V E N T E
I I . clementia Rex.

VIA si piis DE famulantium flagitationibus accommodamus benignum auditum summa salutis inde prouenire nobis incunstanter credimus remedium. Idcirco omniū sancte Dei Ecclesiæ fidelium presentium scilicet & futurorum nouerit religiositas, quoniam tam animæ nostræ consulentes, quam etiam dilecti nostri Godehardi Abbatis petitionibus obtemperantes venerabilem S. Mauritiij Martyris Abbatiam Altaha nuncupatam, sub nostra defensionis Mundiburdium, ac tuitionem cum omnibus eidem prefatae Abbatie aliquo modo adhaerentibus, villis vero Iserahoff, Svartzaha, Coella, Gunzina, Münidorff, Puehoff, Oberanhaus, Vsterlingen, Gotzolting, Otilingen, Richerisoff, Baltheringa nuncupatis, seu etiam cateriscuiuslibet utilitatis commoditatibus, familias, tributis, tributariis, rebus mobilibus & immobilibus, viis, inuis, syluis, saginis, aquis, punctionibus, molis, molendinis, pascuis, compascuis, sine apium pascuis, questis & inquirendis, nec non iusta acquisitione eidem prefatae Abbatie pertinentiis. Præcipientes igitur regali summitate edicimus, ut nullus

nullus Dux, Marchio, Comes, Vicecomes, Schuldasso, Scapio, seu aliqua magna vel parua persona eundem iam dictum Abbatem suosq; successores praescriptis rebus inquietare, molestare, vel disuestire presumat. Si quis verò huius praescripti nostri, quod absit, violator extiterit, sciat se composturum auri optimi libras centum. Quod ut verius credatur, diligentiusq; ab omnibus obseruetur, hanc chartam inde conscriptam manus propriaroborantes sigilliq; nostri impressione iussimus insigniri. Data VI. Cal. Febr. Indict. II. Anno Dominicæ incarnationis MIV. Anno vero Domini Heinrici II. Regis III. Aetate in Altsteti. In Dei nomine feliciter Amen.



SVPER FLINSPACH.

*In nomine sanctae
Et individua Trinitatis.*

HEINRICVS DIVINA FAVENTE III.
clementia Rex.

REgalis enim excellentia, decet maiestatem rationalibus sibi à Domino supplicationibus misericorditer concedere perpetrationem, quatenus eorum assiduis precibus & seculariter tranquilliter q; & eternaliter caelis branij diadematè coronetur. Quocirca universalis fidelium nostrorum presentium scilicet & futurorū nō uerit industria, qualiter quidā venerabilis Godehardus Abbas, prouisor vero Altahensis monasterij celitudinē potentia nobis à Deo cōcessē subiit, humiliter implorans, uti nos quan-

dam villā Flinspach dictam, in pago Sveinichgouin sitā, & in Comitatu Ticmonis Comitis, olim prædicto monasterio suo

I 2 pertinente,